

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

14. Quid ex coniugum perfidia collendum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

ad verecundiam magis destinato paucitas istarum mereatur excusationem, alterum prædictus author exemplum istud narrat. Pheron Sesostris filius, Ægyptius rex, luminibus orbatu, cū circiter decennium cœcitat remedia quæsiisset: tandem oraculo ministris est, ut oculos mulieris urinam lauaret, qua alium, quam virum suum, non agnoscisset. Quamobrem à regina incipiens, permulta Ægyptias mulieres expertus, agritudini sua remedium nullum innuit, nisi per uxoris urinam cuiusdam olitoris, quæ prodigioso experientia, inter Aegyptias, sola casta inveniatur. Ægyptus non ei vbiique, dices. Utinam non sint etiam Ægyptiorum mores!

XIV.

Plutarch. in
Themistocle.
Herodot. I. 5.

Matth. 19. 10.

Hebr. 13. 4.

Ob hanc perfidiam, Persæ & Parthi uxores, in secretis domus parte à viris semotas habitare volunt, neque in publicum perdire sinitur: in itinere autem faciendo, curribus velatis uruntur. In commento Themistocles ad regem Persarum tutò profugit, cùm militares Grecam mulierculam ex Ionia se regis cuidam cubiculario ducere affererent. Et Thracæ uxores afferuant vehementer. Romanæ, non solum Iulia lege, sed etiam fibula usi sunt; qua hodieque nonnulli uxores suas sollicitè & seruiliter obserantur, in testimonium suæ calamitatis. Qui enim cauet, timet: qui timet, miser est. Miseriam tam malam, cur in bono statu Deus relinquit? aut quantum bonum fides coniugalis, si perfidia, tantum malum, insidiatur? Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere, aiebant discipuli ad Christum: quid sit illis: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum. Neque verò hoc Sacramentum, ut dixi, singulis necessarium est, sed in aliquibus duntaxat indeterminatis, pro generis humanae conseruatione. Qui vult uxorem ducere, ducat; sed periculum expectet, quæ sunt huic statui coniuncta, noueritque, res sine spinis non crescere. Ad fidem tamen & tantum matrimonij bonum consertiandum, varia Deus in veteri ac novo Testamento præcepta dedit, varia supplicia proposuit. Hinc & Apostolus ait: Honorabile coniugium, in omnibus, scilicet legitimi coniunctis, quicunque illi sint, siue senes, siue iuuenes, siue dominantes, siue pauperes, ut Theophylactus exponit; seu ut alii magis appositiè ac genuinè exponunt: in omnibus, id est, in omnibus honor & honestas coniugij est seruanda, ut scilicet fides impudicitur.

data praestetur, & torus sit immaculatus. Caussam subiungit: Fornicatores enim & adulteros (vt reos) indicabit Deus. Si, vt reos judicabit, ergo displicant ei. Si displicant, cur esse permittit? Possem dicere, vt justitiam in illis suam demonstret; vt aliquibus occasionem offerat, cum Apostolis dicendi: *Si ita est caussa hominis cum uxore, non expedit nubere.* Sed & alias huius permissionis caussas attexam.

Matth. 19. 10.

C A P V T XXXII.

Prima caussa, ob quam DEVStot adulterij perfidiasq; matrimonia contaminari permittit; scilicet, ut castorum coniugum fides tanto magis elucescat.

Vandoquidem igitur genus humanum matrimonij propagandum est, statu vtique bono atque honesto, & quidem, ob fidem, vt dictum est, coniugalem bono, atque honesto; cur, in eo statu, tot esse perfidias, & tam crebra committi adulteria sinit sapientissimus Mundi Gubernator? Ad hanc questionem generatim responderi potest, & peculia- riter. Generatim enim idem dici potest de matrimonio, quod de Mundo. Nam cum & Mundum bonum condiderit Deus, tam in eo morbos, & iniurias, & peccata, & mille alia mala esse permisit, quia ipse bonus est; & voluit, ipsis malis bona bonisque, tanquam contrarijs, illustrari; naturisque rerum cursum suum relinquere. Nec tamen hoc divinae bonitati repugnat, ait S. Thomas, quod mala esse permittit in rebus ab eo gubernatis. Primò quidem quia prouidentie non est, naturam gubernatam tollere, sed salvare. Requirit autem hoc perfectio unius, ut sint quedā in quibus malum non possit accidere; quedam vero, que defectum mali pati possint, secundum suam naturam. Si igitur malum totaliter excluderetur à rebus prouidentia divina; non regerentur res secundum earum naturam: quod esset maior defectus, quam tolleretur. Atque hinc prima & generalis caussa responsioque, necessario corollario deducitur.

Idcirco enim protius Mundi paterfamilias tot malos viros, atque tot perfidas esse uxores sinit, ut maneat sua natu-

I.

S. Thom. in
Cōp. Theo-
log. cap. 142.

Ccc

ris in-

II.